

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] alicuius testimoniu[m] repellitur absq[ue] eius culpa? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

per Matth. quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicō eumdem sermonem proferre. Quod tamen prudentiae iudicis relinquitur discernendum.

Ad terrium dicendum, quod illud locum habet specialiter in episcopis, presbyteris, diaconis, & clericis Ecclesiae Romanae, proper eius dignitatem. Et hoc triplici ratione. Primo quidem, quia in ea tales inititi debent, quorum sanctitati plus credatur, quam multis testibus. Secundo, quia homines qui habent de alijs judicare, sēp̄ propter iustitiam multos aduersarios habent. Vnde non est passim credendum testibus contra eos, nisi magna multitudo conueniat. Tertio, quia ex condemnatione alicuius eorum derogaretur in opinione hominum dignitati illius Ecclesiae, & auctoritati: quod est periculosis, quam in ea tolerare aliquem peccatorem, nisi valde publicum, & manifestum, de quo graue scandalum oriretur.

ARTIC. III.

Virum alicuius testimonium sit absque eius culpa repellendum?

391

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod alicuius testimonium non sit repellendum, nisi propter culparum. Quibusdam enim in poenam infligitur, quod ad testimonium non admittantur: sicut patet in his qui infamia notantur. Sed poena non est inferenda, nisi proculpa. Ergo videtur quod nullius testimonium debeat repelli, nisi propter culparum.

¶ 2 Præterea, De quolibet presumendum est bonum, nisi appareat contrarium. Sed ad bonitatem hominis pertinet, quod verum testimonium dicat. Cum ergo non possit constare de contrario, nisi sit propter aliquam culparum, videtur quod nullius testimonium debeat repelli, nisi propter culparum.

¶ 3 Præterea, Ad ea quæ sunt de necessitate salutis, nullius redditur non idoneus, nisi propter peccarum. Sed testificari veritatem est de necessitate salutis, ut supra* dictum est. Ergo nullus debet excludi.

cludi à testificando , nisi propter culpam .

SED contra est, quod Gregor. * dicit, & habetur Gregor. in
2. q. 1. Quod autem dicitur à seruis suis accusatus epi- registro
scopus, sciendum est quia audiri minime debuerunt. lib. 11. c.

R E S P O N D E O dicendum, quod testimonium 54 à me.
sicut * dictum est, non habet infallibilem certitudi- Et hēc sur
nem, sed probabilem. Et idēo quicquid est quod pro. 2 q. 1. c.
abilitatem afferat in contrarium, reddit testimonium In pri-
inceps. Redditur autem probabile, quod aliquis in mis, non
veritate testificanda non sit firmus : quandoque qui- procul à
dem propter culpam, sicut infideles, & infames, item fine.
illi qui publico crimine rei sunt , qui nec accusare, * a præc.
possunt. Quandoque autem absque culpa : & hoc est
vel ex defectu rationis, sicut patet in pueris, amenti-
bus, & mulieribus; vel ex affectu, sicut patet de inimi-
cis, & personis coniunctis, & domesticis; vel etiam
ex exteriori conditione, sicut sunt pauperes, serui, &
illi, quibus imperari potest, de quibus probabile est,
quod de facili possunt induci ad testimonium ferendū
contra veritatem. Et sic patet, quod testimonium
alicuius repellitur , & propter culpam , & absque culpa .

Ad primum ergo dicendum , quod repellere ali-
quem à testimonio , magis pertinet ad cautelam fal-
si testimonij vitandi , quam ad poenam . Vnde ratio
non sequitur .

Ad secundum dicendum , quod de quolibet præ-
sumendum est bonum, nisi appareat contrarium, dum
modo non vergat in periculum alterius : quia tunc
est adhibenda cautela, ut non de facili vnicuique cre-
datur, secundum illud 1. Ioan. 4. Nolite credere omni
spiritui .

Ad tertium dicendum , quod testificari est de ne-
cessitate salutis, supposita testis idoneitate, & ordine
iuris. Vnde nihil prohibet, aliquos excusari à testimo-
nio ferendo, si non reputentur idonei secundum iura.